

Band III., Nr. 917, Seite 418-419

Bischof Konrad von Speyer entscheidet den Streit zwischen dem Kloster Maulbronn und den Gebrüdern Werner und Diethricus von Wellersau über eine von beiden Teilen angesprochene, innen bezeichnete Almand bei Hockenheim.

Ohne Ortsangabe, 1238. Mai.

Conradus, dei gracia Spirensis episcopus, singulis ac uuiversis, ad quos presens scriptum pervenerit, subscriptis fidem adhibere. Actio simul et contractus hominum oblivionis nebula et caligine fragilis memorie obfuscantur, si non tenacissime commendetur literarum stabilitati. Memorie igitur tam presentium quam subsequencium tenore hoc instillamus, quod litigantibus coram nobis domino Syfrido abbate Mulbrunnensi cum suo conventu, Cysterciensis ordinis, nostre dyocesis, ex una parte, et Wernhero et Diethrico pincernis de Welresawa¹, ex altera, pro iure, quod utraque pars sibi asserebat debere cedere in terminis subscriptis, videlicet locis, que dicuntur almeine, que initium habent ab aula Kech², currentia in assensu^a per viam que dicitur Badesweg³ usque ad limitem que dicitur Greuenspshad^{b4} et usque ad locum qui nuncupatur Ensidelenbrunnen⁵ et amplius in rivum ville Hockenheim, a quo in rivum qui appellatur Andelache⁶, dictus abbas et conventus cum parte adversa W. et D. pincernis in testium deposicionem, quibus notum fuerat de terminis et causa, unanimiter convenerunt, quorum ex relacione dicta almeina sepedicto abbati et conventui suo coram nobis est adiudicata, et hoc interpositis probis viris et honestis, litteratis et illitteratis. Huic adiudicacioni subscribe persone perhibent attestacionem: Conradus prepositus maioris ecclesie Spirensis, decanus Syfridus eiusdem ecclesie, Ceyzolfus prepositus sancti Germani, Conradus prepositus sancti Wydonis Spirensis, comes de Lyningeu, dominus Otto de Eberstein, Otto de Bruchsel, Arnoldus

^aLies: *ascensu*.

^bLies vermutlich: *Greuensphad*.

¹Wersau, früher Schloss, jetzt noch zu Reilingen gehöriger Wersauerhof ?

²Ketsch, HD ?

³Unermittelt.

⁴Unermittelt.

⁵Unermittelt.

⁶Unermittelt.

II

de Ageleistenhusen, Heinricus de Nyuern, Reimboto burcgravius de Spigelberg, Eberhardus Snitdelauch, Albertus de Lache, Bertholdus de Schiuerstatd, Bertholdus de Metze⁷, Heinricus cellerarius, Bertholdus dictus Munt, Hugo de Kech, Heinricus de Lussheim⁸ Mulbrunnensis^c. Ut utem presens pagina a nullo valeat violari, ipsam sigillo nostro et capituli maioris ecclesie, nec non maioris ecclesie eiusdem sancti Germani et sancti Wydonis prepositorum Spirensium sigillis dicto abbati et conventui Mulbrunnensi dedimus roboratam.

 Actum anno domini millesimo ducentesimo tricesimo octavo, indictione undecima, mense Maio, pontificatus nostri anno secundo.

—

Nach dem *Liber Obligationum Spirensium* im GLA Karlsruhe, fol. 159 a.

^cMöglicherweise auch *Mulbrunnenses*, es steht abgekürzt: *Mulbrunen*.

⁷Öfter in bischöflich Speyrischen Urkunden dieser Zeit vorkommend.

⁸Altlußheim, HD.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

GLA Karlsruhe

Signatur/Titel des Originals:

67/449 fol. 159 v und 160 r

Editionen:

Würdtwein: Subsidia diplomatica, Bd. 5, S. 288, Nr. 109.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Aussteller:

Konrad V.; Bischof von Speyer (1237–1245)

Ortsindex:

Aglasterhausen Wohnplatz (5965)
 Aglasterhausen, MOS
 Alt-
lußheim Wohnplatz (6262)
 Altlußheim, HD
 Bandesweg

Bruchsal Wohnplatz (5319)
 Bruchsal, KA
 Ensidelenbrun-
nen
 Greuenspshad
 Hockenheim Wohnplatz (6362)
 Hocken-
heim, HD
 Ketsch Wohnplatz (6376)
 Ketsch, HD
 La-
chen, Neustadt an der Weinstraße, NW
 Leiningen, Altleiningen,
DÜW, W
 Maulbronn Wohnplatz (7043)
 Maulbronn, PF

Metz, Dep. Moselle, Frankreich
 Niefern Wohnplatz (7091)

Niefern, Niefern-Öschelbronn, PF
 Ruine Ebersteinburg (Alteber-
stein) Wohnplatz (5202)
 Ruine Ebersteinburg (Alteberstein), Baden-
Baden, BAD
 Schifferstadt, RP
 Speyer, SP
 Spiegel-
berg, Hördt, GER, W
 Wersauerhof Wohnplatz (6489)
 Wer-
sauerhof, Reilingen, HD